431 Romae in platea S. Marci effossa d. 30 Iunii a. 1780 AMAD. VISC. In museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Gall. lap.* mag. II). — Origo Ostiensis ex argumento colligitur.

I E
M V N I · A T
R V S T I C E L I · H V I C
A M · D E C R E V I T · E T · I N T
O S · A D L E G I T · I S Q V E · H O N O
HS · L · M̄ · N̄ · A R C A E · E O R V M
EXCEPTA · STIPVLATIONE · VT · EX · VSVRIS M... · S · S ·
QVODANNIS · IDIBVS · IVNIS · NATALI · SVO · IN C ONVENTV
INTER · PRAESENTES · HORA · II · VSQVE · AD ASSE · DIVIDATVR
DEDVCTA · ORNATIONE · STATVAE · HS · C · N · QVODSI · ITA
FACTVM · NON · ERIT · TVNC · EA HS · L · M̄ · N̄ · DARI · REI · P · OSTIENS
SVB · EADEM · CONDICIONEM · STIPVLATVS · EST · POSQVE sic
V E T V R I A · Q · F · R V F I N A · E T
Q · VETVRIVS · Q · F · FELIX · SOCRATES
DEC · LAVRENT · VIC · AVG · ET · DEC · OST · SVMPTVM · STATVAE
ORDINI · REMISERVNT · OB · CVIVS · DEDICATIONEM · DEDIT
SPORTVLAS · DECVRIONIB · X · III · ET · AVGVSTALIBVS · X · V
CVRANTE · Q · VETVRIO · FELICISSIMO · LIB ·
SEVIR · AVG · Q · Q · ET · CVRATORE · ORDINIS · EIVSDEM ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Amaduzzi *Novelle Fiorentine* 1780, 599; E. Q. Visconti ms. II f. 84 et f. 196′, idem edidit v. 7—12 *monumenti Gabini* p. 141; Marini ms. Vat. 9124 f. 316; Calvet medicus Avignonensis exhibet in adversariis quae per a. 1790—1806 collegit (cod. bibl. Massil. F. *b* 3) vol. 3 f. 164, qui unde habuerit mihi incompertum est.

Principium periit. Nomen ei cui titulus positus est fuisse Q. Veturio Socrati aliqua cum probabilitate mihi videor efficere ex nominibus Q. Veturi Felicis Socratis (v. 14) et Q. Veturi Felicissimi (v. 18), quorum alter illius videtur fuisse filius, alter libertus. Cum nomine Q. Veturi Socratis perierunt honores ab eo gesti: Rusticelius memoratus v. 3 quis fuerit incertum est. Sequentia ita licet supplere: *Huic* [*ordo Augustalium statu*]*am decrevit et int*[*er biselliari?*]*os adlegit isque hono*[*re statuae accepto*] *(sestertium) L. m(ilia) n(ummum) arcae eorum* [*intulit*]. Condiciones sub quibus Q. Veturius Augustalibus quinquaginta milium nummum donavit respondent fere eis quas fecerat P. Horatius Chryseros cum eisdem dedit quadraginta milia numum (supra n. 367), scilicet *excepta stipulatione ut ex usuris . . . . m... II* (cf. supra ad n. 367 not. 1) *s(ummae) s(upra)* [*s(criptae)*] *quodannis idibus Iunis natali suo in* [*c*]*onventu inter praesentes hora (secunda) usque ad asse(m) dividatur, deducta ornatione statuae (sestertiis centum) n(ummis). Quodsi ita factum non erit, tunc ea HS (quinquaginta) m(ilia) n(ummum) dari rei p(ublicae) Ostiens(ium) sub eadem condicionem stipulatus est; posque(? = posteaque) Veturia Q. f. Rufina et Q. Veturius Q. f. Felix Socrates dec(urio) Laurent(ium) vic(o) Aug(ustanorum) et dec(urio) Ost(iensium) sumptum statuae ordini remiserunt. — Ob cuius dedicationem dedit* [Socrates] *sportulas decurionib(us) (denarios)* III *et Augustalibus (denarios)* V. — *Curante Q. Veturio Felicissimo lib(erto), sevir(o) Aug(ustali) q(uin)q(uennali) et curatore ordinis eiusdem.* Mortuo Q. Veturio Socrati positum esse monumentum inde videtur posse effici, quod non ipse sed liberi Veturia Rufina et Q. Veturius Felix Socrates sumptum statuae ordini Augustalium remiserunt. — Aetas monumenti inde aliquatenus definitur quod Q. Veturius Felicissimus memoratus v. 18 redit in titulo posito anno p. Chr. 239 (infra n. 461); qua cum re convenit quod filius Q. Veturi Felicis Socratis memorati v. 14 invenitur honoribus functus a. 251 (cf. n. 432 et 352).

432 operculum sarcophagi. Romae apud Basseggium antiquarium MOMMS. In museo Kircheriano amplificato EGO.

d. M
*q. uetu*RIO · FIRMIO sic
felici S O C R A T I
*qq. c. p. d*E C V R I O N I
*praet. pr*I M O S A C
*uolk. fa*C I V N D I S
*sodali a*E V L E S I V M
*uix. a. .*M · V · D · XVIIII

Amor titulum sustinens

Descripsimus Mommsen et ego.

Q. Veturius Firmius Felix Socrates fuit quinquennalis censoria potestate anno p. Chr. 251 teste titulo Fabi Flori supra n. 352*b*, 10 ex quo hunc supplevi. Pater ei videtur fuisse Q. Veturius Felix Socrates memoratus n. 431.

433 Ostiae in episcopio.

D M
VETTIAE
Q F
sic SEVERE

D · M
A · EGRIL*i*
HERMET*is*
GALATANI sic
SEVIRI · AV
GVSTALIS

Descripsi.

434 Ostiae in museo.

I O · R
*osti*ENSIVM
EC · VIBI
ECO

Descripsi.

435 Ostiae effossa a marchione Sacchetti.

D · M
Q · VIBIVS · Q · F · RVFINVS
DEC · COL · OST · HON · F ·
FECIT · SE · VIBO · ET ·
CL · NOMINATAE ·
COIVG · ET · LIB · LIBERT
POST · EOR · IN · F · P · XX/X · IN · A · P · XXI

Vettori, qui non vidit ipse, sed habuit ab alio quodam, in epistula data ad Gorium Romae 11 Febr. 1730 (cod. Marucell. A 63).

436 Ostiae in episcopio.

C N · V I L L I V S · H I L A R V S
SEVIR · AVGVSTALIS · IDEM · QVINQVENNALIS
FECIT SIBI ET DVOBVS · CN · VILLIS
EVHEMERO ET · SEXTIONI · FRATRIBVS · ET · VILLIAE
EVTYCHIAE · SORORI · ET MODIAE · GEMNIDI · VXORI · ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
IN · FRONTE · P · XXX · IN · AGRO · P · XXXV

Recognovi. Kellermann ms.

437 operculum sarcophagi. Romae in museo Lateranensi inter Ostiensia.

D *s* *m*
M VLPI · FAE*Dimi sacer*
DOTIS ISI*dis osti?*
VLPIA · F
PATRI ·

Descripsi. Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 363 n. 507.